



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolæ per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Observanda in electione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48834)

culiaribus motibus instigat atque impellit, alios suā opem magis ferri, & seiplos agere permittit. Unde cooperatio hominis necessaria est, illudque Jeremix c. 6. consilium loquendum: *State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulare in ea, & venietis refrigerium animabus vestris.*

VI. Ut hanc viam bonam tantò facilius eligere possis, scire debes ulterius, & velut certum supponere, quomodo dum duæ sunt animi partes, intellectus & voluntas, in complex quoque vocationis esse genus; unum voluntatis, quod scilicet ita ad certum vitæ genus movetur, ut eodem eam intellectum rapiat, & assensum quasi extorqueat, ut quidam à teneris annis ad certum vitæ statum quasi adducuntur à Deo; alterum genus vocationis, intellectus, in quo delictet tunc intervenit, quando voluntas nullos periculis instinctus experitur, aut tales certè, quos merito suscipere habet, atque ad eò ratiocinio intellectus vocationis divini indaganda est; in quo tamen summo opere cavendum est, ne humanis artibus aut persuasionibus abduci te à meliori consilio patiaris; onus enim, quod assumis, solus ferres; proin agis, tibi que consulis, nisi sic agas, ut de te idem de populo Israëlítico desertum transeunte Deut. 32. scriptum legitur, dici queat: *Dominus solus Dux ejus fuit.*

Observanda

In ipsâ Electione.

I. Antequam ipsam electionem auspiceris, fuis ad Deum ardentibus precibus, quibus vitæ genus ab æterno tibi creatum ostendi suppliciter petas; & explicato desiderio cognoscendæ atque explendæ illius voluntatis, statum laicam & Clericalem in medio statue, & primò quidem inquire, an non vocationem voluntatis ad statum Clericalem senseris, id est, an non à puero, & maximè tempore orationis, aut Eucharistiæ perceptæ, aut sacræ electionis, aut vocationis, ejusmodi instinctus senseris? & quomodo in ipsa quiescas? an vires ad exequenda statûs hujus munia tibi quasi promitti sentias, aut ipse polliceri audeas? an difficultatum, quæ occurrere possunt, magnitudine non terrearis?

si secularem statum applicare velis animum, hic renitatur turbetur, tenebris offundatur? hæc enim indicia si occurrant, non obscura divinæ vocationis sunt signa, cum DEVS tali potissimum tempore, & per tales internas voces illabi in animum soleat.

II. Quia tamen juxta commune proverbium: *abundans ustula non nocet*: idèò consultum est, ut alter etiam modus, per intellectum videlicet vocationem indagandi, adhibeatur. Itaque gemino statu seculari, & Ecclesiastico ante oculos constituto, considera I. Quis ex istis statibus te commodius, certius, securius ad finem tuum, id est, felicitatem æternam perducatur? II. In quo peccata & graves lapsus certius & facilius devitentur? III. Quis ad virtutem solidius intraret, & compendiosius ducat? IV. Ubi corporis & animi talenta melius impendere, & perficere possis? V. Quis naturæ convenientior? quis ad perseverantiam aptior? VI. In quo imminente morte vixisse malles? VII. In quo facilius Deo rationem reddere queas? VIII. Quem ex illis alteri per omnia tibi simili, & æqualiter amato coram Deo suaderes? IX. In quo Christo similior fieri, teque Deo perfectius consecrare queas?

III. His ergo coram Deo consideratis, vide, pro quo statu plures & meliores rationes (hæc enim sunt quasi Consiliarij prout seu suffragium pro tali statu ferentes) tibi occurrant, & juxta eas sic pro illo statu electionem concludere, ut tamen iterum prius hoc negotium Deo commendes, & postea memores, quid Deus S. Paulo dicenti: *Domine, quid me vis facere?* responderit, scilicet: *surge, & ingrederi civitatem*, & tibi dicetur tibi, *quid te oporteat facere*. Idem tibi dictum procedas, atque ad eod. Confessario tuo, aut alteri viro prudenti & zeloso tuas has rationes & electionem aperias, illi usque super ijs iudicium requiras, ut, quanto minus tibi ipsi consilia fueris, tanto securius procedas & eligas.

Observanda

Post Electionem.

I. Post electionem dicto modo conclusam prima tua eunda esse jure merito debet, ut debitas Deo pro tam insigni beneficio gratias liberalissimè persolvas, & confirmationem hujus